

augeri. Quapud papa: Quisquis propriae "desertor ecclesiae nullis existens" ^{propriae loci}
 libus causis ad aliam pulaverit transiendum, temereque susceptus fuerit,
 et protervus reverendum canonum, vel ipse vel receptor eius atque provec-
 tor instituta eius non fugiet, quae de huiusmodi praesumptoribus sacri canonis
 praefixere servanda. *Inf.* Haec capitula meis foveat obiectio. Viderem
 que, quod Calcedonense concilium statuerit, ut atque provinciarum ammis-
 sione et necessitate in alterius civitatis ecclesia demigrandum non sit; et
 quod papa deo auspiciis, ut episcopus civitatis suae medietate de-
 specta administrationum loci celebrioris ambire non debeat, nec per
 avaritiam ad maiorem se plebem transferre. Quapud quoque dicit,
 ut nullis existentibus causis propriam deserere ecclesiam nemo
 audeat. Formosus qua ex necessitate aut quibus existentibus causis
 ecclesiae propriae desertor apostolicum thronum conscendere ausus est.
Def. Quibus existentibus causis vel qua necessitate. Formosus effectus sit
 papa, clero et magnatibus Romanae civitatis fore convenit, qui non fra-
 corum nec alterius gentis obsidio neque impulsu coacti, sed sua sponte
 eum eligere atque intronizare decreverunt. Illi enim nihil ob aliud
 eum elegisse dicunt, nisi ob ecclesiae utilitatem; ipse autem se intron-
 izandi prebuit adfensum, quemadmodum plurimi episcoporum fecisse le-
 guntur; quod iam paulo superius intimatum est. *Inf.* Maxima cleri
 ac populi pars non sua sponte, sed vim perrepta in eiusmodi electi-
 one consensit. *Def.* Fere in omni plebium electione contingit, ut
 eum, qui proponendus est, alii velint, alii nolint. Sed illorum electio
 confirmanda est, quorum auctoritas maior ac melior esse decernitur.
Inf. Pene omnibus notum est, quod plurimorum pontificum maior sit
 auctoritas quam paucorum. Quapropter in hac questione magis ob-
 servanda est Nicena synodus, quae indifferenter et penitus de sede
 ad sedem transferendi consuetudinem amputavit. *Def.* Vides te non
 intellexisse, quod Nicena synodus dicit: Praeter consuetudinem
omnimodis amputari, quae praeter regulam in quibusdam partibus